



**Sponsalia Et Matrimonium**

**Schmalzgrueber, Franz**

**Ingolstadii, 1726**

Titulus XVIII. Qui Matrimonium accusare possint, vel contra illud testificari?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75229](#)

**Quæritur 7.** Quid exprimi debeat, ut validum sit Legitimationis Rescriptum?  
**8.** Exprimi debet 1. an filius naturalis, cuius legitimatio penitur, sine dedecore patris legitimari possit per subsequens Matrimonium; nam si hoc possit, ut n. 125. dictum est, legitimatio per Rescriptum regulanter non conceditur.  
**9.** 2. Exprimi debet, an adsint Liberi legitimi; quia, ut patet ex dictis n. 126. his existentibus, & contradicentibus, Princeps regulariter non legitimat. Imò moris est inter legitimationibus per Summum Pont. vel Principem clausulam, ut ita legitimati succedant Patri, matri, & alijs, ita demum, si proximi ex Cognitione confenserint, sine præjudicio venientium ab intestato, quan*in*feri debere testatur Felin, in c. cùm olim n. 17. de sent. Et re judic.

**10.** 3. Explicari debet qualitas illegitimatis, non solum in genere, sed etiam in specie, an scilicet legitimandus sit naturalis, an spurius; & si spurius, an ex incestu, sacrilegio, adulterio, vel ex omnibus simili: Si ex incestu, explicari debet, ex quo incestu legitimandus sit natus, an ex incestu cum matre, cum sorore, filia, nuru &c. Si ex sacrilegio, an ex Sacerdote, Religioso, Moniali, vel utrinque simul. Si ex adulterio, an illud sit gemitum, vel simplex. Abb. in c. per venerabilem 13. b. tit. n. 47. Molin. tr. a. D. 173. n. 28. Palao tr. 13.

D. 4. p. I. §. 7. n. 14. Pirhing. b. c. n. 45. Köning n. 35. fin. Wiestner n. 73.

4. Requiritur causa ad concedendam legitimationem, ut multis relatis probat Molin. ICtus de Primogen. l. 3. c. 3. ferè per totum, & ex eo notat Palao l. cit. 16. cùm enim Princeps legitimationem concedens, Jura, Legesque à se statutas relaxet, alisque præjudicet, nequit absque catifa hanc concedere; alias non esset administrator, sed dissipator.

Supereffet pro complemento istius<sup>132</sup> Rubricæ aliquid dicendum de Legitimatione per Oblationem Curie, quâ pater Liberos suos naturales, aut defuncto patre ipsum Liberi seipso offerebant Curia seu Ordini Decurionum §. fin. Inst. de Nupt. l. §. quis 3. de Natural. Liber. & Novell. 89. c. 2. Sed quia ex concordi Jurisperitorum sententia hic modus legitimandi hodie penitus exolevit, hinc diutius eidem inhærente supervacaneum est. Id solum addo, quod ex Stryk. Us. mod. Pandect. ad Tit. de bis, qui sibi, vel alien. Jur. §. 19. monet Magnif. P. Schimier p. 2. de Matr. c. 3. n. 104. si hodiecum filius spurius à Principe id sciente in Senatorem reciperetur, eum tacite legitimatum credendum; cùm enim ad Senatum alij, quām Legitimi non admittantur, Princeps, qui voluit consequens, etiam antecedens voluisse præsumitur.

## TITULUS XVIII.

Qui Matrimonium accusare possint, vel contra illud testificari.

### S U M M A R I U M .

1. Cause Matrimoniales definiri debent auctoritate Judicis.
2. Et quidem Ecclesiastici.
3. Licet sit causa incidentis.
4. Aut de sponsalibus.
5. Vel summarie tractanda tantum.
6. Que cause nomine Matrimonialium hic revertant?
7. Iudex Secularis cognoscit de causa Dotis, Donationis propter nuptias &c.
8. Et quando est questio mere facti.
9. De causis propriis Matrimonialibus Jure ordinario Episcopus.
10. Capitulum sede vacante, Vicarius utriusque Generalis & alijs Prelati, qui Iurisdictionem Episcopalem in certo territorio habent.
11. Jure extraordinario competere cognitio eorum potest privilegio, Delegatione, & consuetudine.
12. Matrimonium contrahendum accusare quilibet potest, qui notitiam Impedimenti habet.
13. Contractum solus innocens conjux, sive agatur ex causa adulterij ad separationem quoad habitationem, & thorum.
14. Sive ad dissolutionem vinculi ob impotentiam.
15. Vel defectum consensu.
16. Ob Consanguinitatem, Affinitatem, publicam Honestatem ad accusandum Matrimonium præ ceteris admittuntur parentes, & consanguinei.
17. Ex causa alterius Impedimenti quicunque de populo.
18. &c. Quinam repellantur ab accusatione Matrimonij?
22. 23. Quinam testes in causa bac esse possint?
24. 25. Quinam repellantur à testimonio in ea dicendo?
26. Intra quod tempus accusatio Matrimonij proponi debeat?
27. An accusationi huic prescribi possit?

R. P. Schmalzgruber L. IV.

Hhh 2

Actum

**A**ctum Tit. prec. de Effectu Nuptiarum Legitimè initarum : sequitur de effectu initarum invalidè, qui est dissolutio, seu potius declaratio nullitatis vinculi. Quia verò ad hanc deveniri propria autoritate nequit, causa nullitatis proponenda est Judicis, & hujus Judicio terminanda : quod ut legitimè fiat, regulariter prærequisitur accusatio Matrimonii, & receptione testimoniū contra id deponentium.

Quæritur 1. Ad quem Judicem pertineat causarum Matrimonialium cognitio, & definitio ? **P**er certum est apud omnes Catholicos, eam ad Judicem Ecclesiasticum pertinere; ita enim aperè decisum habetur c. tuam 3. de Ordine. Cognit. c. lator 5. & c. causam 7. qui fil. legit. c. accedentibus 12. de Excess. Prelat. & præsertim in Trid. sess 24. can. 12. de Sacr. Matr. ibi, Siquis dixerit, causas Matrimoniales non spectare ad Judices Ecclesiasticos, anathema sit. Ratio est, quia Matrimonium, utpote unum ex septem Sacramentis, est res Spiritualis; de rebus autem Spirituibus cognoscere, & judicare non sacerularis, sed Ecclesiastica potestatis est c. decernimus 2. & c. quanto 3. de Judic. c. si Judex 12. de Sent. Excomm. in 6. ibi, Ad Judicem Ecclesiasticum (quia de re Ecclesiastica, & Spirituali ---) cognitio pertinet.

Proceditque hoc 1. tametsi causa principialis sit sacerularis, & quæstio tantum incidat de valore Matrimonij e. g. si agatur de hereditate, & filius qui hereditatem prætendit, negetur esse legitimus, & natus ex valido Matrimonio, nam hoc casu Judex sacerularis in causa principali supersedere, & illam quæstionem de valore Matrimonij ad Judicem Ecclesiasticum decidendam remittere debet, licet alia causa connexa dividenda non sit l. nulli 10. C. de Judic. Covar. p. 2. de Sponsal. c. 8. §. 12. n. 1. Barbos. de Offic. Epist. alleg. 24. n. 16. & seqq. Engl hic n. 1. Schambog. n. 14. Reiffenstuel n. 24. Contrà non prohibetur Judex Ecclesiasticus, quæstione de causa Matrimoniali principaliiter apud ipsum mota, cognoscere de causis incidentibus, alias pertinentibus ad Judicem Sacerarem, v. g. de hereditate, de Dote, de alimentis &c. Molin. de primog. l. 2. c. 125. n. 76. Gutier. præl. qq. l. 1. q. 44. à n. 6. & l. 3. q. 29. n. 28. Petr. Barbos. in l. 1. p. 1. n. 46. ff. solut. Matr. August. Barbos. alleg. cit. n. 19. Reiffenstuel hic n. 25. cum communione paré queclarè ex c. conquestus 1. qui fil. legit. c. de prudentia 3. c. nuper 6. & c. per vestras 7. de Donat. int. vir. & uxor. Ratio est, quia Judex Ecclesiasticus ex se non est incapax cognoscendi causas temporales, ut Laius incapax est cognoscere Spirituales.

Procedit 2. etiamsi lis moveatur tangentum de Sponsalibus; quia Sponsalia Matrimonium, tanquam sponsio, & promissio illius tangunt, atqui causarum, quæ quoquo

modo Matrimonium tangunt, idem est Judicium, quod ipsius Matrimonij arg. c. translato 3. de Confit. & Clem. dispensacione 2. de Judic. Gloss. ibid. V. Matrimonij. Ancharen. n. 5. Zabarell. n. 30. Oliva for. Eccl. p. 3. q. 37. n. 3.

Procedit 3. ut Judex Sacerularis de causa Matrimoniali, vel Sponsalium ne quidem cognoscere possit summarie. Joan. Andr. in addit. ad Specul. tit. qui fil. legit. §. 1. v. competit, Decius in c. decernimus cit. n. 24. §. 3. fallit, Barbos. cit. n. 32. Ratio est, quia etiam in causis Summaris cognitione Judiciali est necessaria, igitur cum secundum dicta Judex Laicus sit omnino incapax cognoscendi de causis Matrimonialibus, etiam summarie de illis cognoscere nullatenus poterit.

Quæritur 2. quæ causa hic nomine Matrimonialium veniant ? **N**on propriè hoc nomine, prout ad præsentem Titulum spectat, veniunt illæ, quibus controversia, & quæstio est de Matrimonij & Sponsalium natura, qualitatibus, contractu, & Benedictiōnibus nupcialibus : de conjugum, & Sponsorum iuribus, & obligationibus, ortis ex contractu Sponsalio, vel Matrimoniali : de Sponsalio, & Matrimonij valore, & de legitimitate prolixi ex isto orta : de ipsorum impedimentis, Dispensationibus in hujusmodi Impedimento, ipsius Matrimonij, vel Sponsalium ab ista dissolutione, aut redintegratione &c, nam de his, & similibus, sicut Leges condere, ita & controversias super illis exortas decidere Ecclesiastica est potestatis.

Contùa ad forum Sacerolare, & Judices Sacerulares pertinent causæ, quibus de Dote, & propter nuptias Donatione, de hereditaria successione, alimentis, & similiibus agitur, ut ex communi sensu docet Bellarm. l. 1. de Matr. c. 32. Tanner. tom. 4. D. 8. n. 166. Pith. hic n. 17. Schambog. n. 13. Wiest. n. 5. Excipitur, nisi hujusmodi quæstio incidat in causam Matrimonialem propriè dictam, quæ principaliter agitur; hoc enim casu, ut n. 3. dictum est, cognoscere de hujusmodi causis, & pronuntiare Judex Ecclesiasticus potest.

Porro cum n. 6. dictum est, causas super Matrimonio, Sponsalibus &c. ortas, decidendas à solo Judice Ecclesiastico, id intelligendum est, quando causa ejusmodi habet admixtam quæstionem Juris; nam si sit mere facti e. g. si diceretur filius mere ex concubinatu genitus, & negaretur inter parentes ejus aliquando Matrimonium fuisse contractum, de isto facto, an Matrimonium contractum sit, abstrahendo à valore ejus, etiam Judex Sacerularis rectè cognosceret, ut cum Bartolo, Covar. Petr. Barbos. Cabed. docent Cavall. Opin. comm. contr. comm. q. 403. Engl hic n. 1. fin. Schamb. n. 15. & dictum est Libr. 3. Tit. 10. n. 13. Videantur dicta Libr. cit. Tit. a. 6. n. 58.

Quæ-

9 Quæritur 3. quis Judex Ecclesiasticus cognoscere, & pronuntiare possit de causis Matrimonialibus propriè dictis? 4. distinguendum inter Jus Ordinarium, & Speciale. *Jure Ordinario* cognitio, & decisiō harum causarum pertinet ad Episcopos, & non ad inferiorē Prelatos. Covar. p. 2. de Sponsal. c. 8. §. 12. n. 1. Sbrozz. de Vicar. Episc. l. 2. q. 43. pr. Franc. Leo Thesaur. for. Eccl. p. 2. c. 9. u. 6. Gutier. præc. l. 3. q. 26. n. 1. Ruciūs prax. for. Eccl. decis. 245. edit. 1. & resol. 215. edit. 2. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 84. n. 2. Engl. h. n. 2. Schambog. n. 14. König n. 7. Wiesner n. 7. Reiffenstuel n. 18. §. 21. & patet ex c. accedentibus 12. de excessi Prelat. & Trid. sess. 24. c. 20. §. ad-huc de reform.

10 Intelligi autem hic nomine Episcopi debent non tantum Prelati Ordinis Episcopalis, sed quicunque alij, qui Jurisdictionem quasi Episcopalem in Clerum, & populum obtinent, etiam Ordinem Episcopalem non habeant. Atque hinc 1. cognoscere, & pronuntiare de causis Matrimonialibus potest Capitulum Sede vacante; nam ista vacante, Jurisdictione Episcopi Ordinarii ad istud transit c. his que 11. & c. eam oīm 14. de major. §. obed. Covar. n. 1. cit. Pavin. de Offic. §. potest. Capit. p. 1. q. 10. n. 8. Quarant. summ. Bullar. V. Capitulum sede vacante q. 5. Dian. p. 8. tr. 4. resol. 22. Barbos. Alleg. 84. n. 4. Wiesner n. 7. hic. Reiffenstuel ibid. n. 20. 2. Vicarius Generalis Episcopi, vel Capituli, Sede vacante: neque opus est, ut ad id habeat speciale mandatum, ut contra Rebuff. Petr. de Ledesm. i. gol. melius docent Covar. n. 1. cit. v. potest. Sbrozz. q. 44. fin. Sanch. l. 3. de M. tr. D. 29. n. 18. §. 2. Azor. p. 2. l. 8. c. 45. q. 2. Narbona de Appell. à Vicar. ad Episcop. p. 1. n. 201. Barbos. n. 3. Patet ex c. fin. de Cognat. Spirit. & c. accepisti 1. de fig. & malef. ubi dicitur proponendam esse querelam coram Episcopo, aut ejus Missō, ubi Gloss. V. Missō explicat, i. e. Vicario. Videantur dicta Libr. I. Tit. 28. n. 23. §. 3. 3. Prelati alij, Episcopis non subjecti, si Jurisdictionem quasi Episcopalem in certo territorio, & in ejus populum habeant, Riccius Decis. Cur. Neapol. p. 4. decis. 184. Barbos. alleg. cit. n. 2. fin.

11 *Jure extraordinario* obtineri potestas cognoscendi de Causis Matrimonialibus potest etiam ab alijs triplici modo. 1. Privilégio Apostolico. 2. commissione tum Pontificis, tum Episcopi; potest enim Episcopus potestatem hanc delegare, & quidem non Vicario suo tantum, sed etiam alijs, qui tamen subdelegare illam non possunt; quia in causis Matrimonialibus, quod gravis illa, & ardua sinit, censetur esse electa industria personæ, quando autem industria personæ electa est, non potest quis vices suas mandare alteri c. fin. §. 15. autem, de Offic. de-

leg. Et ita, præsertim in amplioribus Diœcesibus, de ejusmodi causis ex commissione Episcopi in prima instantia cognoscit Officialis minus principalis, & principali, sive Vicario Episcopi Generali subordinatus, Archidiaconi, & Vicarij Foranei, quos Commissarii vocant, ne partes cum magnis sumptibus, & temporis dispendio cogantur semper adire Consistorium Episcopale, Engl. h. 2. König n. 7. Reiffenstuel n. 22. 3. præscriptione, vel consuetudine legitimè præscripta: que tamen, ut talis sit, non quadragenaria, ut olim juxta c. auditis 15. de præscript. sed immemorialis esse debet, prou à s. Congr. Cardd. Trid. Interpp. declaratum esse restatur Gonzal. ad Reg. s. Cancell. Gloss. 33. n. 5. Barb. alleg. 84. cit. n. 5. Fagn. in c. accedentibus cit. n. 6. Reiffenst. h. 23.

Quæritur 4. quibus conjugum, & 12 conjugiorum accusatio competit? 13. cum distinctione: Vel enim agitur ad impedimentum Matrimonium nondum initum ob Impedimentum inter Sponsos intercedens, vel ad divortium jam contracti. Si primum, ad accusationem, vel potius denunciationem Impedimenti admittuntur, inquit si probare id valeant, graviter obligantur omnes de populo, qui talis Impedimenti notitiam habent, & de malitia denunciatione suspecti non sunt, ut ostensum est supra Tit. 3. n. 52. Si secundum altera distinctione est adhibenda, & videndum, an agatur ad Matrimonij legitimè contracti divortium quoad cohabitationem, & thorum duntaxat, an ad dissolutionem vinculi ob Impedimentum dirimens.

Si prius, Abb. ad Rubr. b. tit. Canis. 13. ibid. n. 2. Wagnereck not. 2. Gonzal. in c. fin. eod. n. 3. Honor. h. 12. Pirhing. n. 1. Schambog. n. 2. cum communī aliorum ad agendum, sive alterum accusandum admittunt solum innocentem, desumentes id ex c. tue s. de Procurat. c. quemadmodum 25. §. Illud de Jurejur. & c. maritis 4. de adulst. §. supr. Rationem dant, quia divertendi jus principaliter ipsius favore est introductum, atque idcirco iste injuriam sibi illatam conjugi saltē poenitenti remittere potest can. quod autem 7. can. 32. q. 1. & c. si vir 3. junct. Gloss. V. debet. Rubr. cit. Aliud foret, si reus accusaretur, non ad divortium, sed ad poenam adulterii infligendam; ad hoc enim, quia crimen publicum est, admittitur quilibet, modo mas, & 25. annis major sit l. palam 43. §. Senatus 10. ff. de Rit. Nupt. l. fi maritus 15. §. Lex Julia 6. ff. & l. publico 1. c. ad Leg. Jul. de Adult.

Si posterior, tercia distinctione opus 14 est, & considerandum, quale sit Impedimentum, ob quod declarari debeat Matrimonium esse nullum. Nam 1. si Impedimentum Matrimonij contractum irritans sit impotentia, ex alterius conjugis frigiditate,

arstatione &c, proveniens, ad Matrimonij accusationem iterum admittuntur soli conjuges; quia conjux, si velit, impotenti cohabitare. Saltem ut frater sorori, potest *caus.* requisisti *a. caus.* 33. q. 1. c. consultationi 4. & c. laudabilem 5. de frigid. & malef. Canis ad Rubr. b. tit. n. 2. Wagnereck *ibid.* not. 2. Gonzal. in c. fin. eod. n. 3. Vall. hic. n. 2. Honor. n. 3. Pirhing. n. 1. Schambog. n. 2. Wieschner. n. 12. Reiffenstuel. n. 3.

**25** 2. Idem dicendum, si Impedimentum, ex quo ad Matrimonij, tanquam invalidè contracti, dissolutionem agitur, sit Error circa individuum personæ, aut ejus conditionem, vel metus. König b. n. 5. Wieschner. n. 13. Reiffenstuel. n. 4. cum citt. quia errore, metive cessante, actioni sua renuntiare, & in Matrimonium consentire denuo possunt *can.* *siquis ingenuus 4. caus.* 29. q. 2. c. *propositi 2. & c. fin. de conjug. servor. c. insuper 4. b. tit.* Imò in præfato casu, ubi conjuges solo consensu suo mutuo Impedimentum tollere, & Matrimonium ratificare valent, ipsimet non amplius audientur, si post acquisitionem Impedimenti notitiam adhuc carnaliter se invicem cognoscunt; quia Matrimonium novo consensu ratificasse, & cons. inseparabile efficiere de Jure præsumuntur. Reiffenstuel *cit.* n. 5.

**26** 3. Si Impedimentum sit Consanguinitas, Affinitas ex copula conjugali orta, vel Publica Honestas, iij præ cæteris ad accusandum Matrimonium admittuntur, qui meliorem hujusmodi Impedimenti notitiam habere solent, & possunt: quales sunt imprimis parentes: deinde Consanguinei cæteri: & his deficientibus vicini *caus.* *consanguineos 1. & can.* notificamus 3. *caus.* 35. q. 6. c. videtur 3. *boc tit.* Abb. ad Rubr. *boc tit.* Canis. *ibid.* n. 2. Wagnereck *not.* 2. Vallens. *bic.* n. 2. Zœl. n. 4. Honor. n. 10. Pirhing. n. 1. Schambog. n. 2. Wieschner. n. 14. Reiffenstuel. n. 6.

**27** 4. Si agatur ex alio aliquo Impedimento, non conjuges tantum, sed alij etiam veraces, & non suspecta fidei, qui Impedimenti notitiam habent, & ab accusatione alias non repelluntur, admitti possint, præsertim si eorum interfit. Gonzal. in c. fin. cit. n. 3. Honor. n. 9. König n. 13. Wieschner n. 5. Reiffenstuel n. 7. & colliguntur ex c. *perlatum 1. de bis, quæ vi, metive causa 5c.* ubi Matrimonium tanquam irritum propter Impedimentum Professionis Religiosa im-pugnarunt Monasterij Prioriss. & Sorores.

**28** Quæritur 5. quales esse debeant, qui Matrimonium accusare volunt? *q. ut ad* Matrimonium accusandum admittantur, debent esse fidei non s. specta. Hinc ab ejusdem accusatione repelluntur 1. qui id accusant turpis qualis causá, sive quia pecunia ad accusandum inducuntur, vel eam exigunt, ut ab accusatione desistant c. significante 5.

*b. tit.* quia falsò, & malitiosè accusare præsumuntur *can.* probibentur 14. princ. §. alij propter turpem caus. s. q. 1. l. accusare 8. f. de Accusat. Gloss. in c. significante cit. V. eod. Abb. *ibid.* n. 4. Vivian. in Ration. Wagner-eck in Exeges Barbos. n. 1. Gonzal. in c. fin. cit. n. 3. Honor. n. 9. Pirhing. n. 4. Schambog. n. 6. König n. 3. Wieschner n. 16. Reiffenstuel n. 9. Debent autem resistentes accusationi probare, quod quæstus causá accusatio intentetur; quia deiusta non præsumuntur, sed probari debent. Reiffenstuel l. *cit. fin.*

**2** Qui cum proclamationes, sive 19 Matrimonij Denuntiationes publicæ ferent, Impedimentum non manifestarunt; quia manifestationem illius in tempus Matrimonij jam contracti differendo calumniosè accusare præsumuntur, nisi præsumptionem illam elidant ostendendo medio Juramento, quod Denuntiationes factas ex causa absentie, infirmitatis &c. ignoraverint, vel ipsius Impedimenti notitiam primùm acceperint. Canis. in c. fin. b. tit. n. 1. Vivian. *ibid.* pr. Wagnereck. in Summ. Barbos. n. 1. Gonzal. n. 3. Vallens. *bic.* n. 1. Zœl. n. 12. Honor. n. 9. Engl. n. 5. §. oritur Pirhing. n. 6. Schambog. n. 7. König n. 3. Wieschner n. 16. Reiffenstuel n. 10. & expresse statuit c. fin. cit. Additur *ibidem*, talem posse alteri dictum Impedimentum aperire, & hic alter idem Judici per modum accusationis proponere: qui proinde hoc casu audi debet, quia, ut ibi dicitur, etiam si ab im-petitione hujusmodi culpa de silentio tali contra-dicta illos (scilicet, qui post factam Denuntiationem filuerunt) excluderet, iste tamen amoveri nequivet, cum culpabilis non existat.

**3** Ea, quæ Matrimonium ab initio 26 quidem invita, & gravi metu coacta contraxit, postea tamen carnalem copulam admisit c. insuper 4. b. tit. & ibi Vivian. pr. Barbos. n. 1. Gonzal. l. *cit.* n. 3. Zœl. n. 12. Pirhing. n. 14. Schambog. n. 11. Wieschner n. 16. quia per talem copulam Matrimonium ratificatur. Jure antiquo c. is qui fidem 3. de Sponsal. & Matr. An etiam, & quomodo Jure novissimo Tridentini hoc procedat, dictum est *suprà Tit. 3. n. 9.*

**4** Qui id accusant non præsentes 28 personaliter, sed absentes duntaxat per litteras, nisi alia adminicula suffragentur *can.* per scripta 5. *caus.* 2. q. 8. c. à nobis 2. b. tit. ut eò magis calumniosè delationes vi-tentur, quæ expeditiores fuissent, si accusatoribus licuisset per solas litteras Matrimonium accusare. Vivian. in c. à nobis cit. pr. Barbos. *ibid.* n. 1. Gonzal. n. 2. Wagnereck not. 1. Honor. n. 9. Pirhing n. 11. Schambog. n. 9. König n. 8. Wieschner n. 16. Reiffenstuel n. 13.

Quæritur 6. quinam testes admittan-29 tur adversus Matrimonium contractum in facie Ecclesie? *q. illi præ alijs, qui Im-* pedi-

pedimenti, quod ab accusatore objicitur, notitiam certiorem habent, & non sunt suspectæ fidei c. licet 47. de testib. Et Attest. Et hinc ad testimonium in hac causa dicendum admittitur etiam pater, licet in alijs causis filij testis esse non possit: item consanguinei ceteri, saltem casu, quo agitur de Matrimonio dissolvendo ob impedimentum Consanguinitatis, affinitatis, & Publicæ Honestatis c. videtur 3. b. tit. & c. quoties 5. de test. Et Attest. quia non solum disflantiam Affinitatis, vel Consanguinitatis melius censentur nosse, sed etiam creduntur incestarum nuptiarum probrum in sua familia non toleratur. Abb. in c. 3. cit. n. 2. Alex. de Nevo ibid. n. 2. Vivian. in Ration. Barbos. n. 1. Et seqq. Honor. hic n. 14. Engl. n. 8. Pirhing. n. 2. Et 3. Schambog. n. 3. Wiestner n. 17. cum communis.

23 Proceditque hoc, et si deponant pro Matrimonio sustinendo, & contra accusatorem illud tanquam invalidum, nisi appareat, quod alter contrahentium affectet illud Matrimonium, vel ex circumstantijs testimonium illorum suspectum appareat arbitrio Judicis, ut si Sponsa petat in virum aliquem se superiorum dicitis, nobilitate, potentia, aut honore; tunc enim ad testificandum nequaque sunt admittendi parentes, vel consanguinei talis Sponsæ, sive queratur de Consanguinitate, sive de contractu Matrimonij, nisi concurrent circumstantiae, properas testimonium tale judicaretur non suspectum. Vivian. in c. 3. cit. prop. fin. Wagnereck ibid. not. 4. Valens. hic n. 2. fin. Honor. ibid. n. 15.

24 Repelluntur autem à Testimonio contra Matrimonium dicendo præter alios aliunde suspectos. 1. qui ad id faciendum, vel omittendum pecunia inducuntur c. sic ut 29. de test. Et Attest.

2. Qui testimonium non propria voce præsentes, sed absentes per litteras perhibent c. à nobis 2. b. tit. can. testes 15. caus. 3. q. 9. l. testimoni 3. S. idem 3. ff. de test. Et Attest. quia veritatis à præsente obtinenda spes major est, quam ab absente, cuius Judex nec vocem audire, nec vultum intueri potest. Abb. in c. 29. de testib. n. 10. Vivian. in c. à nobis cit. pr. Barbos. ibid. n. 1. Gonzal. n. 2. Wagnereck not. 1. Valens. n. 3. Pirhing n. 12. Schambog. n. 9. Wiestner n. 19. Reiffenstuel n. 16. Ex-

cipitur, si sint personæ Nobiles, & Illustres; nam istæ ex praxi plurim Germaniæ Provinciarum non tenentur personaliter ad testimonium dicendum comparere, sed posunt depositiones suas scriptas, & obsignatas transmittere Gaill. l. 1. obs. 101. n. 4. Barbos. l. cit. n. 2. Pirhing. n. 12. Schambog. n. 10. Wiestner n. 19. Reiffenstuel n. 16.

3. Qui Matrimonium accusat, & 25 actor est, ex generali principio, quod non possit idem esse actor simul, & testis. Excipitur, si Judex ex officio inquirat; hoc enim casu is, qui Impedimenti Denuntiator est, ad testificandum de Impedimento admittitur arg. c. in omni 4. de testib. Et Attest. & c. cùm in tua 27. de Sponsal. Et Matrimonio. Abb. in Rubr. b. tit. fin. Canis. ibid. n. 3. Wagnereck not. 3. Wiestner hic n. 18. Reiffenstuel ibid. n. 15.

Quæritur 7. intra quod tempus 26 lens Matrimonium accusare audiri debeat? n. auditum etiam post 30. vel 40. annos, modò paratas probations offerat, vel alias suspicionem purget; neque enim Matrimonium, ab initio invalidum, tractu temporis convalescit, aut mediante Prescriptione Impedimentum tollitur. König hic n. 4. Reiffenstuel ibid. n. 8. Imò datur Accusatio contra illud, eti pro valore illius sententia lata jam esset; quia in Matrimonio sententia nunquam transit in rem judicatam c. lator 7. de sent. Et re jud.

Ex quo sequitur, quod etiam actioni, 27 vel accusationis præscribi nequeat, quandiu causa accusandi durat: Excipitur, si mortui jam sint conjuges, & post 30. vel 40. annos moveatur lis filiis super legitimitate, quod Matrimonium nullum fuerit; nam hoc casu, cùm cesseret periculum peccati, ob quod perpetua est actio contra Matrimonium, nihil obstat, quod minus dispositio Juris communis locum habeat, juxta quod Actiones Civiles quæcumque post 30. vel 40. annos, accusations criminum autem 20. annorum spatio extinguntur. König n. 4. cit.

Porro quomodo Causa Matrimonialis tractari, & probari debeat, item quando recipi testes super ea debeant, videri possunt, quæ sparsim Libr. 2. dicta sunt.